

Alte Drucke

Leichpredigt/ || Bey der Christlichen || Begräbniß der Erbarn vnnd Ehrenthu=[||gendsamen Frawen/ Marthae/ Des Ehrenvehsten || vnd Wolweysen Herrn ...](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148294)

Selnecker, Nikolaus

Leipzig, 1588

VD16 ZV 31061

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148294)

Reichpredigt/

13
Key der Christlichen

Begräbniß der Erbarn vnnnd Ehrent-
gendsamen Frauen/Marthæ / Des Ehrenweh-
ren vnd Wolwehnsen Herrn Donat Bادهorns Stad-
richters zu Meissen seligen / nachgelassenen Wit-
frauen / welche zu Leipzig in Gott seliglich
entschlaffen/den 2. Augusti/des

1 5 8 8. Jahres.

Gehalten durch

*D. Nicolaum Selneccerum Superinten-
dentem zu Leipzig.*

Cui præmissa est Intimatio Magnifici Do-
mini Rectoris, &c. adiectis deniq; in fi-
ne Epicedijs nonnullis.



Gedruckt zu Leipzig bey Johan:
Beyer / Im Jahr:

M. D. C C C x x v i i i.

RECTOR ACADEMIAE LIPSENSIS.

Memoratur Poetae cuiusdam Comici responsum, qui cum senex agere ab alio visus incedere, rogatusque quid ageret fuisset, dixit: κατὰ χρόνον κατὰ θυμὸν καὶ, id est, per ocium paulatim morior. Egregia certe & perpetuis literarum monumentis digna oratio, quae declarat, quanta cum animi tranquillitate homo ille senectutem, qua urgebatur, eiusdemque incommoda, quae sentiebat multa & varia, pertulerit, eam procul dubio ob causam, quod Philosophorum instructus praeeptionibus, ista existimauerit naturae quadam necessitate & ordine, quo de nemo quicquam quaeri debeat, vniuersa accidere, quae paulo post vel omni per mortem amisso sensu, vel vita etiam recuperata beatiore & feliciore, finem suum sint sortitura. Cuius quidem rei cogitatio, vaga adhuc & dubia, si decrepitaetatis hominem, eumque Ethnicum, ita potuit reddere fortem atque animosum, ut mortem iam iam aduentantem, quasi ludicrum quid, hilari vultu, & nihil praese tristitiae ferente, exciperet. Quid tandem animi nobis Christianis esse debet, cum vel aetatis ingrauescentis infirmitate, vel alijs vitae calamitatibus, aut morbis, aut ipsa etiam morte affligimur, quae omnia ex immota doctrinae diuinitus traditae veritate, in ipso etiam corporis interitu, verissimum esse scimus perfectionis, gloriae & beatitudinis nostrae initium? Certe attendere nos decet non ad mala ista momentanea, quae tristestem quodammodo nobis in praesentia speciem exhibent, sed potius ad futurae felicitatis bona illa sempiterna ac per-

A 2

petua,

petua, vbi τὸ φθαρτὸν τὸ ἐνδύσειαι ἀφθαρσίᾳ, καὶ τὸ θνήσκον τὸ ἐνδύσειαι ἀθανασίᾳ. Hac omni autem de re cum quæ scire Christianæ religionis hominem æquum est, ex verbi diuini oraculis piè quocq; didicisset fideliterq; tenuisset Matrona, dum viueret, pietatis omnisq; honestatis amantiſs. ac studiſsima, *Martha*, viri prudentiſsimi Dn. *Donati Bادهorni*, in Misenensis quondam Ciuitatis Repub. Senatoris, Prætorisq; vrbani, &c. relicta vidua, vt alias vitæ suæ, quas in annum vsq; LXXV. experta est, miseras vniuersas, ita & senectutis ad extremum molestias tantorum bonorum spe tulit superauitq; feliciter. Maritum, qui cum amantiſs. & coniunctiſsimè vixerat, filiosq; octo nec non filias quatuor procreauerat, tum propria, tum totius etiam familiæ, præsertim fratris, viri Magnifici, dignitatis & honorum amplitudine Clariss. atq; Excellentiss. Domini D. *LEONHARDI BADEHORN*I, Iuridicæ apud nos Facultatis Senioris, & curiæ Ducalis Assessoris digniss. (à cuius obitu beatissimo annus iam & mensis effluxit vnus) virtute eminentem ingenti cum dolore & luctu amisit, iunctis etiam filijs in infantia duobus: Edocuitq; ipsam ex numero annorum contracta imbecillitas, fidem denegandam non esse ei, quod Democritus scripsit: τῆς ἀσκήσεως τὸ σῶμα τῶ, συνηθέστερον καὶ φρενέες, καὶ ἐν ταῖς πράγμασι πάντα ἀμειλίχωνται. Quæ quidem animi & corporis affectiones multò fuissent Matronæ defunctæ grauiiores & intolerabiliiores, nisi solatiij cuiusdam loco vidisset filios partim opt. art. Baccalaureos & Magistros, tum in Scholis tum Rebuspub. operari & industria sua quàm plurimis magna cum laude inservientes, partim alijs præcipuorum honorum dignitatibus perfunctos. Quibus accessit etiam hoc, quòd filias omnes literatis hominibus, virtute, doctrina & humanitate præstantibus, & quidem artium ingenuarum & Philosophiæ Magis

Magistris, vnico solùm genero excepto, in matrimonium collocauerit, qui Illustris. Principibus, Ducibus Saxon. & Electoribus. &c. D Dn. nostris clementiss. vel in Scholis Illustribus docendo ac profitendo, vel Secretariorum munus in Scabinorum collegiis exercendo, alijsq; modis plurimorum negocia publicè priuatimq; vtiliter tractando, operam suam nusquam non vehementer probarunt, nullum humanitatis & benevolentiae officium erga sui, id est, nostri ordinis homines prætermittentes: quo nomine quiduis debere nos ipsis, libentissimè fatemur. Quia verò petittum à nobis est, vt funeris huius deductionem nostra quoq; co-honestaremus præsentia, volumus ac iubemus, vt qui nostræ Iurisdictioni subiecti sunt, postea *Hora III. Vespertina*, finitis precibus serotinis, in Platea, quæ à Diuitijs nomen habet, iuxta ædes Generi defunctæ, Dn. M. Christophori Nösselij, frequentes conueniant, & nos, cum effertur funus, honorificè suo loco & ordine sequantur. Erit hoc laudatiss. familiæ, de nobis omnibus optimè meritæ, pergratum, Et nos quod partium erit nostrarum ea in re, ita vt humanitatis ratio postulat, exequemur. Propositum Die 3. Mens. Augusti, Anno LXXXVIII.



A 3

1. Co-

1. Corinth. 15.

Drch einen Menschen kömpt der Tode/
vnd durch einen Menschen die Außer-
stehung der Toden.

S Eliebten in Christo. Der heil-
ge Apostel Paulus machet mit diesen worten
eine vergleichung / vnd helt gegen einander
den ersten irrdischen Adam / vnd den andern
Himlischen Adam / vnd zeiget an: Wer ein
jeder vnter diesen beyden Menschen sey. Vnd
zum Andern / was wir von einem jeden haben. Vnd zum Drit-
ten / was wir in einem jeden sind / oder wie wir in beyden be-
funden werden.

1. Christlich / spricht er / Adam der erste sey ein Mensch / vom
Gott erschaffen aus Erden / doch zum Ebenbilde Gottes /
vnd / weil er gefallen / müsse er widerumb mit seinem Leib zur
Erden werden / wie die Historia der Schöpfung im Ersten
Buch Moses bezeuget. Dieser Adam ist gefallen / vnd hat
Gottes Gebot vbertreten. Daher ist der Tode kommen vber
vnd auff alle Adams vnd Eua Kinder / Roman. 5. Wer nu
ein Mensch ist oder heist / der ist ein Sünder / vnd muß hören
diese wort: Du solt des Todes sterben. Vnd das ist vnd
heisset Adam / ein Mensch / sündhafftig vnd sterblich: Aber dies-
sem irrdischen Adam / vnd Vater alles Elends / wird entgegen
gesetzt ein ander Adam / nemlich / Gottes eingeborner Sohn /
der auch Mensch worden ist / nicht aus Erden von newem er-
schaffen / sondern empfangen vom heiligen Geist / geboren aus
der Jungfrauen Maria / vnd also wahrer Gott vnd wahrer
Mensch

Mensch in einer Person / vnnnd zweyen vnterschiedlichen vnd
doch vnzutrennlichen Naturen / vnser Gott vnd Bruder / vnd
vnser Fleisch vnnnd Blut. Dis ist der Himlische Adam / der
nicht felleet / sondern thut den willen Gottes seines Vaters wils
lig vnd gern / vnd leidet / was der Mensch / der gefallen / leiden
solte / vnd kommet wol vnser halben vnschuldig in Tode / aber
er stehet widerumb bald auff / durch Göttliche Krafft vnnnd
Macht (denn er ist Gott) vnd richtet mit sich auff auch alle
andere Menschen / nur mit dem vnterscheid / das die / so an ihn
glauben / auferstehen zum ewigen Leben / die andern aber zur
Verdamniß / Johan. 5.

SO haben wir nu zween Adam : Einen im Artickel der
Schöpfung. Den andern im Artickel der Erlösung. Vnd
sind beyde Menschen / Aber sehr vngleich. Der erste ist nur
Mensch. Der ander aber ist Gott vnd Mensch / Emmanuel.

2. Jetzt kömpt nu der Ander Punct / was wir von ein jes
den Adam haben. Denn von dem ersten irrdischen Adam ha
ben wir wol / als seine Kinder vnd Nachkommen / durch Gots
tes ordnung vnser Menschlich Natur vnd Wesen / aber durchs
aus ganz verderbt / vnd / wie zuuor gesagt / sündhafftig vnd
sterblich. Gott hat wol den Menschen geschaffen zum ewigen
Leben / vnd hat ihn gemacht zum Bilde / das er gleich sein sol /
wie er ist. Aber durchs Teufels neid ist der Tode in die Welt
kommen / Sapient. 2. Denn der böse Feind hat Euam betroz
gen / welche den Adam mit sich verführet / vnd ist also durch
einen Menschen die Sünde kommen in die Welt / vnd durch
die Sünde der Tode / zu allen Menschen durchgedrungen /
diemeil sie alle gesündigt haben. Denn gleich wie ein Breth /
(das ich das alte Gleichniß erzehle) das zuuoran stehet / vnd
daran alle andere Brethe anleihen / oder gelegt sind / wenn
dasselbig felleet / so fallen die andern alle hernach / Also da Adam
gefallen / sind wir alle gefallen / Denn wir kommen alle von
ihm

ihm her / vnd sind einer Natur / eines Gebläts / einer Eigens-
schafft / einer Schuld / vnd alle von Natur Kinder des Zorns.
Darumb spricht Moses: **W E R** / dein Zorn machts /
das wir so vergehen / vnnnd dein Grim / das wir so
plötzlich dahin müssen. Der Mensch vom Weib ge-
boren / ist ein Erackind / lebt kurtze zeit / vnd ist voll
vnrube. Gehet auff wie eine Blum / vnd fellet ab /
fleucht wie ein Schatten / vnd bleibet nicht / Hiob 14.
Aber dem sey / wie ihm wolle / so sollen wir jetzt Christum recht
anschawen vnd erkennen / von dem wir haben allen rath vnd
rechte hülffe wider die Sünde vnnnd Todt. Denn wo die
Sünde mechtig worden ist / da ist die Gnade viel
mehrtiger worden / auff das / gleich wie die Sünde
geherrschet hat zu dem Todt / also auch herrsche die
Gnade durch die Gerechtigkeit zum ewigen Leben /
durch Jesum Christ / Roman. 5. Denn an Christo Je-
su haben wir die Erlösung / durch sein Blut / nemlich /
die vergebung der Sünden / nach dem Reichthumb
seiner Gnade / Ephes. 1. Vnd da wir todts waren in den
Sünden / hat vns Gott mit Christo lebendig gema-
chet / vnd hat vns geschenckt alle Sünde / vnd ausge-
tilget die Handschrift / so wider vns war / Coloss. 2.

3. Darumb (auff das wir zum Dritten Pünctlein kom-
men) wie wir in dem ersten Adam alle sind Sünder / vnd dem
Todt vnterworffen / vnd vnser Sünde / Elend vnd straffen /
die zeitlich vnd ewig / Geistlich vnd Leiblich / innerlich vnd eus-
serlich sind / immerdar mit vns tragen / fühlen vnd erkennen /
Also sind wir in dem andern Adam / vnserm **H E R R** Chri-
sto Jesu / der Mensch worden ist / vnd sich offemahls nennet des
Menschen Sohn / vns aber seine Brüder / wider zu recht ge-
bracht / geheilet / gesund / gerecht / rein / heilig vnd lebendig ge-
macht. Er ist nu der Erstling vnd das Heupt. Wir folgen ihm
nach.

nach. Vnd Gott der Vater sihet vns/die wir an seinen Sohn
vns halten/ nicht an nach dem ersten Adam/als Sünder/vnd
des Todes schuldig/ sondern nach dem andern Adam/ der den
Tode vberwunden/ vnd der vns nach sich zeucht aus dem To-
de/ wie in der allgemeinen Auferstehung der Todten wir in der
That vnd im Werck erfahren vnd sehen werden. Innerhalb
aber / ob wir gleich gewiß sind / das wir sterben müssen/so sind
wir doch noch mehr gewiß/das wir auferstehen werden. Denn
so krefftiger / mechtiger vnd gewaltiger der H & X X Christus
ist / denn der erste Adam / von dem die Sünde vnd der Tode
herkömmet/so gewisser ist auch vnser Auferstehung vnd Leben/
denn vnser Tode. Christus ist Gott vnd Mensch / vnd ein
H & X X des Todes vnd des Lebens / Allmechtig vnd wahr-
hafftig. Adam aber ist nur ein blosser/vnd nach dem Fall / ein
armer sterblicher Mensch. Ist es nu gewiß/das wir wegen der
Sünden sterben müssen / wie es leider all zu gewiß ist/ vnd wir
alle erfahren/ey/so ist es noch tausend mahl mehr gewisser/das
wir im Tode nicht bleiben / sondern auferstehen werden mit
vnsern Leiben von den Todten zum Leben. Sonst müste Chris-
tus weniger sein denn Adam/vnd weniger krafft vnd Wirkung
haben/vnd müste vnser Glaub vnd hoffnung falsch vnd nichts
sein/vnd Gott vnd sein Wort müste auch falsch erfunden wer-
den. Aber (Gott lob) wir wissens besser/vnd sind vnser Aufer-
stehung gewisser/ denn wir vnseres Todes sind/vnd können mit
diesem Glauben/ Trost vnd Hoffnung dem Tode vnd allen
Feinden wol allem ihrem Zorn entziehen / vnd vns für nichts
fürchten. Roman.8. Ist Gott für vns/wer wil wider vns
sein? Gott sey danck / der vns den Sieg gegeben hat
durch vnsern D & X X X Jesum Christ.

In solchem Glauben/Trost vnd Bekenntniß hat gelebet/
vnd ist nu aus diesem Jammerthal abgeschieden vnser Christli-
che liebe Nieschwester in Christo / die Erbare vnd Ehrethun-
gend,

gendsame Frau / Martha / des Ehrenvesten / Erbarn vnd
Wolweyßen Herrn Donat Bادهorns / Bürgern vnd Stades
richters zu Meissen / seligen / nachgelassene Witwe / ein from/
ehrlich vnd vnuerworren Weib / die Gott vnd sein Wort lieb
gehabt / vnd in ihrer schwachheit gedultig gewest / vnd sich mit
festem Glauben an die wort gehalten : Also hat Gott die
Welt geliebet / (welche wir jetzt gesungen haben) vnd darauff
sich mit dem Leib vnd Blut vnsers Heylands Jesu Christi ge-
fast gemacht / vnd seliglich ihren Geist in die Hende ihres trew-
en Schöpfers vnd Erlösers vertrauet vnd befohlen / da sie
denn jetzt lebet in ewigen Freuden / biß der H E R R Christus
auch ihren Leib aufferwecken wird / nach der Zusag : Deine
Toden werden leben / vnd mit den Leichnam auffers-
stehen. Wacht auff vnd rühmet / die ihr liegt vnter der
Erden. Denn dein Thaw ist ein Thaw des grünen
feldes / Esaie 26. Sihe / ich wil ewere Greber auff-
thun / vnd wil euch / mein Volck / aus denselbigen hers
aus holen / Ezechiel. 37. Wolan / Gott helffe vns auch gnes-
diglich hernach / vnd erhalte vns bey seinem Wort biß an vnser
Ende / Amen. Gott dem Vater / Sohn / vnd heiligem
Geist / sey Lob / Preis / Ehr vnd Danck in
alle Ewigkeit / Amen.



EPICEDION,
IN OBITVM MATRONÆ ILLIVS PRIMARIÆ,
pietatis, omnisq; honestatis studiosissimæ,
MARTHÆ, viri prudentissimi Dn. DONATI
BADEHORNI, in Misenæ quondam Ciuitatis
Republica Senatoris, vrbaniq; Prætoris
dignissimi, viduæ relictæ,

Conscriptum à

Johanne Richtero Königsteinensi.

SI Dido famâ Sidonia pulsat Olympum :
Perfodiens Phrygiæ pectus amore Ducis :
Si sit Peligni viuat Lucretia vatis
Carminè, stuprantis fortiter vltima nefas :
Quarum plus æquo tamen vtrâq; tentat : & audet
Causa suæ fieri tam violenta necis :
Hanc cur Matronam fugiant encomia : funus
Cur huius vacuum laude Camæna finat :
Quæ probitate grauis : grauior pietate, pudoris
Plenaq; non iustas se necat ante dies.
Sed quod ei tempus moriendi fata dederunt :
Hoc expectat ouans, nixa fauore Dei,
Huic decet, & fas est Encomia condere : cultis
Eius & exequias condecorare modis.
Hi restant soli, quibus illa colatur, honores :
Hac ea per terras parte superstes agit.

B 2

Sed

Sed dolor includit vocem : luctuq; fatiscit
 Per laceras lacrymis plena Camæna genas,
 Quod tibi cunq; tamen pangam, Matrona, supremi
 Hoc defuncta, precor, muneris instar habe.
 Ergo iaces, Parca rupto, BADEHORNEA, filo,
 Fœminei nuper pars fatis ampla chori.
 Ergo iaces : nec te finit inclementia mortis
 Vltèrius vitam continuare tuam.
 Quæ tamen Euboicam vincas viuendo Sibyllam :
 Et tria ter Pylîi secula regis agas.
 Quàm breue vita bonum : fugit hinc velut Eurus ab ortu
 Solis, ad occasum : quàm breue vita bonum,
 Hæc licet excedat bis septem lustra : vel annos
 Centum : nil spacio stat minùs arcta tamen,
 Non vno ceruus, sed multis cornua seclis
 Erigit : & cornix sat diuturna manet.
 At qui præ reliquis animalibus æthera vultu
 Aspicit erecto : tam citò languet homo.
 Nec tantùm languet : sed vbi vix florit : horam
 Interitus morbo sentit adesse sui.
 Inde rosæ similis meritò censetur : amœnis
 Quæ solet in pingui luxuriare comis.
 Quæ Zephyri gratam permiscet odoribus auram :
 Eos lucifero cùm vehit axe diem.
 Sed mox, ad summum veniente cacumen Olympi
 Phœbo, demittit languida facta caput.
 Et confecta grauem senio trahit ante ruinam :
 Quàm nox lucifugis æthera scandit equis.
 Quid iuuat è celebri vitales ire sub auras
 Stirpe ? vel egregiâ prole beare torum ?
 Viue pie : rectum cole : mors tamen imminet : vltra
 Metam non poterit tendere vita suam,

Sit

Sit defuncta mihi testis Matrona : querelas
 Propter quam toties ingeminasse iuuat.
 Hæc, velut è Cedri Cedrus radice resultat,
 Sic è Pirlæo stemmate nata fuit.
 Stemmate, quod dignum Misenam laude per urbem
 Obtinuit meritis tempus in omne decus.
 Nec dubium, primis vitæ vernantibus annis
 Quòd superi metuens Numinis illa fuit.
 Ac intra niuei permansit septa pudoris :
 Obsequio cultrix matris, honore patris.
 Quid magis in Nympham pietate, pudore, parentum
 Obsequijs, dignam prosperitate, cadat ?
 Dispereat formæ tantum studiosa caducæ :
 Qualis Tyndarei filia regis erat.
 At cuius pietas, pudor, obseruantia pectus
 Possidet : huic, sese quo recreabit, adest.
 Conscendit thalamum faustis surgentibus astris
 Dotibus insignem mentis adepta virum.
 Multiplici Pelopis sectatur prole sororem :
 Quæ renuit patrum dexteritate premi.
 Natorum natos, seros florere nepotes
 Cernit : & hinc alacri gaudia mente trahit.
 Hæc quoq; Matronæ veniebant commoda : cuius
 Nunc gremio tellus mortua membra capit.
 Nam cum virgo foret plenis iam nubilis annis,
 Dextro coniugij Numine nectit opus.
 Sponsæ DONATVS MARTHAE BADEHORNVS inheret
 Sponsus : vtrisq; pij vulnus amoris inest.
 Est aliquid nupuisse viro : quem fama perennis
 Misena scapulis gestat in vrbe suis.
 Nam studiosus erat recti, multosq; per annos
 Pro patriæ vigilans vtilitate stetit.

B ;

Hinc

Hinc ampli factus pars est satis ampla senatus :
 Ac inter patriæ fulsit honore patres.
 Ibat ouans rigidum communis pacis in hostem :
 Sontibus Astrææ lance timendus erat.
 Contra duxit eo bona iudice caussa triumphum :
 Et victo spoliū iustus ab hoste tulit.
 In primis fuit ille pius : diuina professis,
 Ipsius stabat semper aperta domus.
 Fallor : an exemplo fratris conductus in ausis
 Egredijs adeo strenuus vsq; fuit :
 Fratris : qui Themidis studio, Demosthenis armis
 Nobile Teutonico nomen in orbe geret,
 Donec in obliquis Phœbo contraria bigis
 Pro cœca poscet Delia nocte diem.
 Donec turbato conuulsi fœdere mundi
 Antiquum repetent sidera, terra, chaos.
 Namq; LEONHARDVS quas non BADEHORNVS ad vr̃a
 Ingenij venit dexteritate sui : (bes
 Ordo Scabinatus, Philyræaq; curia testis,
 Ensiseriq; satis Principis aula refert :
 Qualis erat, quantus vitam fuit ille per omnem :
 Vltima donec et venerat hora mori.
 Viuite semidei super æthere viuite fratres
 Mente : siquæ tellus membra quieta tenet,
 Fama sed in natis, multisq; nepotibus ingens
 Redditur : & Momî libera dente viget.
 Mûta quidem vobis canerem : Matrona sed obstat
 Mortua : de qua me plura referre decet.
 Hæc vbi præclarum iam viuît adepta maritum :
 Est agilis : stupido nec trahit ore moram.
 Accingit lumbos, tunicam collecta fluentem :
 Feruet ad incensas cura laborq; faces.

Accres

Accrescit pietate : suam nec rebus in arctis
 Ferre recusat ei, qui stat egenus, opem.
Hinc ad eam largo felix opulentia cornu,
 Hac quaecunq; petit vita caduca, vehit.
Manec est sterilis : Lucinâ foeta fauenti,
 Pignora coniugij sed duodena dedit.
Scilicet octanâ potis est fulcire virili,
 Fœmineaq; quater prole beare domum.
Hanc fouet : hanc nutrit ^{segy} **commota : periclis**
 Eripit : & fundit vota precesq; Deo.
Vt mens sana suis sano eum corpore natis
 Indita virtutis nobile spectet opus,
Dux sit eis pietas, probitas comes inscîa fuci,
 Stet pax ad dextrum simplicitasq; latus.
Inueniant bona fata viam : quâ meta laboris
 Tangitur, & celebris fama fauorq; venit.
Vota fides sequitur matris, B A D E H O R N E A proles
 Non vtroq; minor nata parente fuit.
Sed velut vua suam sequitur dulcedine vitem,
 Radicemq; suo planta sapore refert.
Sic & auita bonâ viuax propagine virtus
 In B A D E H O R N I A C A posteritate viget.
Maiorum stimulis crescentibus acta calescit,
 Et sequitur patrium mens generosa decus.
Non edit timidum leporem Gangetica Tigris :
 Non cuculum magni prapes adunca Iouis.
Nec tam distortum Therpsiten gignit Achilles :
 Nec satus Æolidæ prouenit Irus auo.
Quid moror ? vt vires acquirit flumen eundo :
 Grataq; Cecropio surgit oliua iugo.
Sic huius soboles Matronæ crescit, & altum
 Strenua virtutis scandit in arce locum.

In

In medioq; fori præstantibus exerit ausis
 Vires, communi mota salute, suas,
 Ingenuâ doctis vel subuenit arte lyceis :
 Quæ verum vero Numen honore colunt.
 Quanta SIGISMUNDVM tenuit solertia : plectro
 Curaq; Pieriam sollicitare lyram :
 Hoc Schola Miseni loquitur præclara Senatus
 Illius excultis obstupefacta modis.
 Hic etenim pueros Præceptor ad astra docebat,
 Sacraq; Parnassî culmina montis iter,
 Elatâ iactat Philyræum voce Lyceum :
 Qualibus Eliâs dotibus auctus erat.
 Obtinuit quantâ titulum cùm laude Magistri,
 Adiuvit quantâ sedulitate Scholam :
 Cuius adhuc fatis OETVVINVS scepra secundis
 Gestat, iuridici fama nitorq; chori.
 Aspice MATERNVM : Mortis qui lege solutis
 Nunc reliquis vitam fratribus vnus habet,
 Hic petit affinem puerilibus integer annis :
 Cuius vt à docto pendeat ore viri.
 Nempe LVDOVICI TRÛBII : qui grande Magistri
 Ingenuâ Sophiæ nomen ab arte tulit,
 Nec tantum Themidis decreta forensibus armis
 Afferit : & causâ pro meliore valet :
 Magna Scabinatûs sed scriba negotia tractat
 Insuper, ingenio perficienda suo.
 Hunc hospes teneris puer admiratur ab annis.
 Laurigeroq; colit plus Helicone nihil.
 Que nam Martigenas Cicero sermone Quirites
 Mouerit in Rostro : discere cura fuit.
 Discere cura fuit : quæ sint genitalia rerum
 Corpora : cur cœlo tela trifurca ruant.

Cur

Cur signet pluuijs Iris in nubibus arcum :
Cur spargat rutilas igne Cometa comas.
Cur micet hoc, spacio terræ propiore, sed illud
A solidâ sidus longiûs absit humo.
His ita perceptis : feliciter ille Magistri
Nobile Leucorea nomen in vrbe gerit.
Nec mora : se Themidi totum commendat : & audet
In tua ferre suos Bartole castra pedes.
Aduenit interea lætis maturior ætas
Pulsibus : & iuuenem virginis ardor agit.
Quæ fata Culvino, Philyræi parte senatus,
Gloria virginei magna pudoris erat.
Illam perpetuo thalami sibi fœdere iungit.
Et summis Themidis viribus vrget opus :
Hic, vbi iuridicis amplissima tollit ad altas
Turrigerum nubes vrbs Philyræa caput.
Illius inualuit donec bona fama per vrbes :
Et magnis caput notior esse viris.
Viribus ingenij grauium tunc pondera rerum
In Budissenâ Syndicus vrbe subit.
Macte tua virtute, patris patruiq; vir ausis
Æmule, sic generis multiplicatur honos.
Viue diu : tibi det victuro Parca : negatum
Quod reliquis tempus fratribus ante fuit.
Dignetur longo te carmine Musa : sorores
Nî iubeat Breuitas commemorare tuas.
Quarum quæq; Deum metuit : insisq; parentum
Paruit : & pulchro septa pudore stetit.
Nec nupsere viris sponsæ vulgaribus : vnâ
Exceptâ, docto quæq; potita fuit.
Nam, quàm sit TRVBIVS, cui iuncta Sibylla, Camænis
Gratus, quàm doctis vatibus æqua canat.

C

Hoc

Hoc liquet ex Elegis, viridi quos scripserit ævo,
 Hos vix Nasonem composuisse neques,
 Qualis sit studio Themidis, Ciceronis & armis :
 Hoc Philyræa satis curia scire potest.
 Hunc seruate virum, mitissima fata per annos
 Multos, vt vitam Nestoris instar agat.
 Quid de NÖSSELI referam tibi dotibus : ANNAM
 Cui, firmo thalami foedere iunxit Hymen :
 Hoc in ijs, locuples probat experientia testis,
 In quibus aut caussas egerit ille locis.
 Aut doctrâ pueris monstauerit arte Magister,
 Ad scra Parnassi quod iuga ducit iter.
 Nec MENII, longum quarunt Encomia carmen :
 Fida thori consors cui CATHARINA fuit.
 Maior adest præco : Misenum nempe Lyceum,
 Quod fouet Ensiseri cura benigna Ducis,
 Inde Lycaonio longè lacteq; sub astro
 Ille sit ingenio quantus, & arte, liquet.
 Tu quoq; cum reliquis iungenda sororibus adsis
 MARTHA, sat ingenuo consociata viro.
 Qui quamuis doctum minimè se iactat : honestus
 Est tamen : & famam, quo mereatur, habet.
 Addo, quòd ex illo conceperis : atq; sub auras
 Protulerit natus te genitrice caput.
 Verbi qui vigili diuini mente ministrum,
 Ingenuâ præstans arte Magister, agit.
 Sic semper placuit BADEHORNIS gloria : doctis
 Quæ venit Aonio parta labore viris.
 Et rectè : siquidem venientis moribus æui
 Omnia, quæ toto cernis in orbe, ruunt.
 Exceptis animi virtutibus : excolet illas :
 Post sua cui titulus fata superstes erit.

Hts

His Matrona suis meruit præconia natis,
Qualia non natis illa vel illa suis.
Vidit eos florere: bonis & gignere fatis
Æmula Maiorum pignora multa tori.
Quid reliquas dotes attingam versibus: illas
Albidos ad liquidas fama celebrat aquas.
Illic ætatis florem consumsit: at annis
Debilis ad Philyres mœnia venit anus.
Expectabat vbi tempus, quo scandit Olympi
Mens, SALVATORIS morte redempta, domum.
Membræq; funebri pompâ (quæ Spiritus vltra
Bis septem rexit lustra) recepit humus.
Sic igitur te fata ferunt, Matrona: tenebris
Sic tibi terra potest occuluisse caput:
Hæc vitam mensura tuam manet: vnica mortem
Plena tibi, multis luctibus hora tulit:
Hic hominem finis lacrymabilis excipit: omnis
Tam miserâ vitam conditione trahit,
Post varios tandem casus, variosq; labores,
Nos inopina dolo surripit hora necis.
Hanc propter causam, iuuat indulsisse querelis:
Et citharæ lacrymis fila rigare meis.
Nec malè nostra tamen se res habet: (erige mentem:
Erige) perpetuò non homo pulvis erit,
Est ventura dies, animæ quâ nostra reuissent
Corpora, quæ radijs æmula Solis erunt.
Interea tua non pœnam, Matrona, sub Orco,
Aut in Tartareo mens Phlegethonte luit.
Sed cætus inter, super æthere læta, beatos
Aut æterna Dei Numina laude vehit.
Aut graditur cœli, velut Heroïna per amplas,
In quibus haud habitat cura dolorq; domos.

Corpus at in tumultu, placidam cum pace quietem
 Captat : quod Deus hinc sustulit ante malum.
 Quod nostris iam iam cervicibus instat : & ingens
 Pondere cœliferi vincit Atlantis onus.
 Perstat rara fides : pietas contemnitur : alget
 Mutua flamma : sibi vivere quemq; iuvat.
 Fatalem mundi sentit textura ruinam :
 Et quasi supremam sustinet ægra diem.
 Nunc atro Phœbus cingit velamine currum :
 Pallida nunc mœstis Delia currit equis.
 Fluctibus effertur resonantibus Amphitrite :
 Concutit horrendo terra fragore sinum.
 Solis ad occasum sævit Mars solis ab ortu :
 Crescit ubiq; pavor : crescit ubiq; dolor.
 Hæc sunt venturæ prænuncia signa ruinæ :
 Nî precibus fuerit mollior ira Dei.
 At tibi parta quies : Salve Matrona periclis
 Libera : bis salve : terq; quaterq; vale.
 Plura dolor prohibet : transactis Musa querelis
 Desinat : hîc luctus flebile cesset opus.

EPITAPHIV M.

HOC ego DONATI BADEHORNII MARTHA quies-
 Vxor sub tumultu, spe rediuiua, ttaho. (tem
 Vrbs me mittebat vitæ Misena sub auras.
 Magnaq; Pirleæ gloria gentis eram,
 Insigni sociata viro, duodena valebam
 Progenuisse Deo pignora dante tori.
 Quæ BADEHORNIA CÆ virtutibus æmula gentis,
 Nec patre, nec patruo degenerasse liquet.
 Vitâ bis septem per lustra fruebar, & annos
 Quinq; : sat est. Dictâ pace viator abi.

ΘΡΗΝΟΞ
IN FVNERE

Auiæ suæ, &c.

S Parge Camena genas lacrymis, redimita cupresso:
Causa subest: lacrymis sparge Camena genas.

Fata ferunt Auiam: DONATI MARTHA BADHOR.
Uxor Parcarum lege soluta jacet. (NI

Quæ quamuis dextro produxit Numine vitam,
In multos, multo lata nepote, dies.

Vivere digna tamen plures feliciter annos,
Ultra Cumææ secula vatis, erat.

Nam qualis fuerit, tenui pertexere filo
Carminis, haud opus est: fama loquetur anus.

Fama loquetur anus: quò mania praterit urbis
Misena, gelidis Albis Eous aquis.

Hic infans jacuit cunis: hic nubilis arcto
Sanctum coniugij fœdere nexit opus.

Totiusq; ferè consumsit tempora vite,
Inter Misenas conspicienda nurus.

Sic omnes cadimus: non euitabilis ulli

Mors: quemcunq; Polo Sol sub utroq; videt.

Restant magna tamen restant solamina: totus
Quandoquidem cineri non datur ullus homo.

C 3

Mens

Mens fugit ad superas, pars præstantissima, sedes:
In terraq; locum membra quietis habent.
Unde (vide quàm parua fuit jactura?) redibunt,
Mirandis animæ consociata modis:
Cum Tuba terribilem tonitrûs imitata fragorem,
Et superà reditum concinet arce Dei.
Hoc facit, ut multas luctu non conterat horas,
Sed velit hic querulam ponere Musa lyram.
Salve chara Deo: salve Matrona: nepotis
Nec suprema, precor, munera sperne tui.

Conscriptus à

Sigismundo Trübio Mi-
nensi, Nepote, &c.

EPITAPHIUM.

Hic pia DONATI BADEHORN conditur uxor
MARTHA, tori seruans fœdera sancta sui.
Vera luce DEVM nouit: CHRISTVMq; professos
Audiit: Et cultrix simplicitatis erat.
Fœta suum thalamum quatuor natiuis adauxit:
Et natos octo (pignora grata) dedit.
Vltra bis septem vivebat lustra, marito
Cara placensq; suo: cara placensq; pijs.

Nunc

*Nunc mens illius CHRISTVM videt incola cœli,
Ossaq, sub terrâ plena quiete cubant.*

à Johanne Trübïo Lipsico, Nepote.



L I P S I Æ,
Iohannes Beyer imprimebat.

M. D. LXX XVIII.